



**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia 14. Admiratur conuiua caput Ioannis insolens, & crudele natalitiæ  
cœnæ gaudium. Qverela Convivæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Res nimium plebeia lepus, grus, caprea, cervus,  
 Pauus & ē Colchis discolor ales agris.  
 Et Como comes Ambitio, fastusque Lyæo est,  
 Diuite cui splendent pocta superba toro.  
 Nil lepus hic regale sapit, nil hædus, & hinnus,  
 Ni lanx delicias sanguine pota bibat.  
 Vatis, & eximij caput huc inuitat, Idumen  
 Qui regit ; hinc epulum quo sibi dulce struat.  
 Scilicet hoc deerat natali Regis honori ;  
 Ut feras humanâ se dape pascat homo.  
 Crede mihi, laus eit Regum dignanda coronis;  
 Ut qui vixit homo ; se velit esse feram.  
 Inque sacrum caput ad ihyasos, citharaisque facesque,  
 Scurra satur Baccho, vel dape, probra vomat,  
 At quas Circæia sic efferat arte Dione ;  
 Opprimet has Nemesis facta Diana, feras.  
 Iamque suis designat Adrastantia Diua sagittis  
 Pardalin, & pardum, par scelus ambo luent.  
 Concordes Parcæ parili de stamine fusos  
 Ire iubent, fontes par ybi pœna manet.  
 Qui caput hoc insons, Amathuntida saeuus ad aram  
 Immolat ; ipse nocens victima Ditis erit.

### Elegia 14.

Admiratur conuiua caput Ioannis in-  
 solens, & crudele natalitiæ coenæ  
 gaudium.

### QVERELA CONVIVÆ.

F Ax natalitios solennis adoptat honores,  
 Et pingues nebulas vñcta lucerna vomit.  
 Funde merum cyathis tribus ; & dabo terna rubenti  
 Oscula crystallo, qualia Bacchus amat.  
 Rex salue, consorsque pari Regina iuuentâ,  
 Ver vbi genua virent, duc geniale toro.  
 Viue diu, scyphus Herculeus tot hic ebibet annos,  
 Quot sonat Herodes, & sua luno notas.

R v

Iam

Iam natat in patinis mens. sed quod specto piacum ?  
 Nescio quis stillat lance rubente liquor.  
**A**dspexi proprius, tristi caput incubat auro,  
 Cui riget impexis horrida sylva comis;  
**I**d cuium est? cælumne rei caput istud, an hostis?  
 Pro scelus! hic vatis lugubre specto probrum.  
 Tum conuua grates racito sub dente querelas  
 Mandit, & hos surdo mussitat ore sonos.  
 Indignum facinus! turpatos sanguine crines!  
 Sustineat tantum regia mensa nefas?  
 Ergone natales epulas struit ursus Idumes;  
 Ut fluat innocuus pocula per atra cruor?  
 Impius adiuras vitali lucis in ortu,  
 Heu! nimium duræ vota scelestæ necis!  
 Idque leui saltu, lupa quem rapit incita vento?  
 Hoc caput heu! merces digna sit ergo choro?  
 Impia cum citharisque, lyrisque, chorisque, rosisque,  
 Aufer in vndosos, Æolè, monstra lacus.  
 Audeat immanes pro comitula lena furores?  
 Quid gladio & speculo bella puella geret?  
 Ipsa sum in echo sceptrumne extorsit & ensem,  
 Dux Cypris arma gerit; Mars ut inermis amet?

*Elegia 15.*

*Herodem Manahem conuua & amicus arguit.*

**V**T Baccho iam victa suis; sitit ursa cruorem,  
 Cui ieuna nouam parturit ira stim.  
 Id quod enim viuis oleum sit pingue caminis,  
 Hoc odio est, vincto qui cadit ense, cruor.  
 Quin & inexpletum pascit fera cæde furorem:  
 Inque epulis mors struit ipsa suas.  
 Cerne, verecundo schyphus, & lanx omnis in auro  
 Erubuit diras ad sua probra feras.  
 Vertitur hæc inter tristi rea mensa pheretto,  
 Carnifexque armat turba scelestæ manus.

*Euantesque*